

trigesimustertius

librae corona pifo frugi filium ex priuata pecunia donauit: eaque coronam testamento reipublicae legauit
De reliquo usu auri in uiris & mulieribus: & de nummo aureo: & quando primum signatum est aes ar-
gentum & aurum: & ante quod signaretur quomodo in aere: & quae maxima pecunia primo censu: & quoties
& quibus temporibus auctoritas auri.

Cap. iiii.

Eorum uero honori in sacris nihil aliud excogitatum est: quam ut auratis cornibus hostiae maio-
res dumtaxat immolarentur. Sed in militia quoque in tantum adoleuit haec luxuria: ut M. Bru-
ti in philippicis campis epistolae reperiantur frementes fibulas tribunicias ex auro geri. At
Hercules idem tu Brute mulierum pedibus aurum gestari tacuisti. Cuius scelens nos coarguimus illum
primum qui auro dignitatem per annulos fecit: ut habeant in lacertis iam quidem & uiri quod e dardanis
uenit ita quae dardanium uocabatur. Viri celticae dicuntur. Viriles celtibericae. Habeant foeminae in
armillis digytilque totis collo auribus. Per has discuntur catenae circa latera: & inserta margaritae pon-
dera e collo dominarum auro pendeant: ut in somno quoque unionum conscientia adsit. Etiamnum pe-
dibus induitur: atque inter stolam plebemque hunc medium foeminae equestrem ordinem facit honestius
uiti pedagogis id damus: balneasque diues puerorum forma couertit. iam uero etiam harpocratem statuas
que aegyptiorum numinum in digytil uiri quoque portare incipiunt. Fuit & alii Claudii principatu differ-
entia insolens iis quibus admissionem liberti eius dedissent: imaginem principis in annulo ex auro gerere
di: magna criminum occasione quae omni salutaris exortus Vespasiani principis aboleuit: & qualiter
publicando principem. De annulis aureis eorumque usu haecenus dictum sit. primum scelus fecit: qui pri-
mus ex auro denarium signauit: quod & ipsum latet auctore incerto. Populus Romanus ne quidem ar-
gento signato ante pyrtham regem deuersum usus est. Libralis unde etiam nunc libella dicitur: & dipon-
dus appendebatur assis. Quare aeris grauis poena dicta. Et adhuc expensa in orationibus dicuntur.
Item impendia & pondera. Quin & militum stipendiorum: hoc est stipis ponderatae pensatores libri pe-
des dicuntur. Qua consuetudine in iis emptionibus quae mancipi sunt: etiam nunc libra interponi-
tur. Seruius rex primus signauit aes. Antea rudi usos romae. Tumeus tradit. Signatum est nota pecudum
unde & pecunia appellata. Maximus census. c. x. milia assium fuit illo rege. Et ideo prima classis. Ar-
gentum signatum est anno urbis quingentesimo octogesimo quinto: Q. Fabio consule quinque annis
ante primum bellum punicum. Et placuit denarius per decem libras aeris: quinarium per quinque sestertium
per dipondio ac semisse. Librae autem pondus aeris immunitum bello punico primo cum impensis res-
publica non sufficeret. Constitutumque ut asses sextantario pondere ferirentur. Ita quinque pars factae lucri
dissolutumque aes alienum. Nota aeris fuit ex altera parte lanus geminus: ex altera rostrum nauis. In triente
uero & quadrante rates: quadrans antea triuncis uocatus a tribus unciis. postea Hannibale urgente.
Q. Fabio Maximo dictatore asses unciales facti. placuitque denarium. xvi. assibus permutari. quinarium
octonis: sestertium quaternis. Ita respublica dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper dena-
rius per decem assibus datus. Nota argenti fuere bigati: atque quadrigati: & inde bigati quadrigatique dicti.
Mox lege papyriana semunciales asses facti. Liuius Drusus in tribunatu plebis: octauam partem aeris ar-
gento miscuit. Qui nunc uictoriatas appellatur: lege clodia percussus est. Antea enim hic nummus ex
illyrico aduectus mercis loco habebatur. Est autem signatus uictoria & inde nomen. Aureus num-
mus post annum. lxxii. percussus est quam argenteus: ita ut scrupulum ualeret sestertius uicenis: quod effi-
cit in libras ratione sestertii: qui tunc erant sestertios nongentos. post haec placuit. xl. milia. Sed signa-
tum ex auri libris: paulatimque principes imminuere pondus: minutissimus uero ad. xlv. milia. Sed a num-
mo prima est origo auaritia excogitata foenore quaestiuosa segnitia. Haec paulatim exarsit rabie qua-
dam non iam auaritia: sed fames auri: utpote cum Septimuleius. C. Gracchi familiaris auro repensum ca-
pit eius excisum ad Opimum tulerit: plumboque in os addito parcidio suo rempublicam etiam circumscri-
psit. Nec iam quititum aliquo: sed uniuerso nomine Romano infami Rex Mithridates aquillo du-
ci capto aurum in os infudit. Haec parit habendi cupidus. pudet intuentem tantum omnia ista quae subin-
de noua graeco sermone excogitantur expresso argenteis uasis auro aut incluso: quibus deliciis uene-
unt tam aurea quam aurata: cum sciamus interdixisse castris suis spartacum ne quis auge haberet: aut argen-
tum. Tanto fuit plus animini fugitatis nostris. Messala orator perdidit Antonium triuicium aureis usum uasis
in omnibus obscenis desideriis: pudendo etiam crimine Cleopatrae. Summae apud externos licetiae fue-
rat poculo aureo puluino subdito. philippum regem dormire solitum agonem teium Alexandri Ma-
gni praefectum aureis clauis suffigere crepidas antonius Sopus in contumeliam naturae uilitate auro se
cit opus percriptione dignum: Sed spartici eodem miro populum Roma. uictis gentibus in tributo
semper argentum imperitasse: non auge sicut carthagini cum Hannibale uictae argenti pondus annua
in quingenta annos nihil auri. Nec potest uideri penuria mundi id uenisse. Nam Mida: sed & Croesus: habes
infinitum possederant. iam Cyrus deuictae asia pondus. xxxiiii. milia inuenerat: praeter uasa aurea

Vitro-
le. alii
peris

Assis
antiquus
liber.

Sopus
exempla
ria non
habes